



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 8. Ægroto Petro Canisio aduolat auicula in cibum futura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

non procul Abusiaco, intra montium primas fauces sito; ibi, vbi *Iulij Cæsaris* immensus, de rupe, trans *Lycum*, saltus monstratur. A Egrotabat is agricola, media hyeme, cum omnia niuibus cooperta horreret. Incessit eum alieni temporis cupido, nempe fraga comedendi. Et illico fraga de niuium candore rubentia reperta sunt. Facit nimirum Deus voluntatem timentium se; & omnia seruiunt illi, qui seruit Deo.

§. VIII.

*Ægroto Petro Canisio aduolat auicula
in cibum futura.*

Matth.
Rader.
lib. 3. de
vita Petr.
Canisij
c. 3.

Alterum de nostro Petro Canisio, in eius vita refertur. Accidit id ei senio morboque graui, & penè morti vicino. Nam, cum stomachus iam auersionibus laboraret, sepius à ministro cubiculi fatigatus, ut significaret, quo cibi desiderio teneretur, auiculam tandem nominauit. Prodiit in forum Oeconomus, nullaq; reperta, tristis domum rediit; cum ecce ad vesperam, aperta fenestra cubiculi, anis quasi diuinitus immissa se nullo negotio capiendam, tantùm non ultro offert, &, vt Poëta canit:

Iacob.
Bidern.
lib. 1. E-
pigr. 119.

*Ille ter, illa quater per inane cubile vagata,
Ambijt humanas cœna futura manus.*

Qua

Qua in cœnam apposita, & parua & unica contentus, nihil præterea gustavit, ille tamen lautè se opiparèq; eo vespere epulatum affirmabat. Sic Deus delicias facit seruis suis. Quin & auicula, vt Poëta de eadem scribit:

*Nusquam alibi Nidum maluit esse sibi,
Nec potuit tumulo nobiliore frui.*

Certè, si mentem haberent atque intelligentia præditæ essent, & aues, & omnes creaturæ in escam homini datæ, mallent vtique bonis in cibum cedere, quàm sepeliri in impijs. Sic enim ad Dei gloriam magis seruirent, & quò ipse in se non sunt destinatæ, in Sanctis tamen, Sanctorumq; corporibus, per nutrimentum additæ, ad cœlum venirent; quod vtique præoptarent, quàm cū adipatis damnatorum ventribus, æternùm ignominiosissimè & miserrimè cremari; fit enim ciborum materia, materia damnatorum.

§. IX.

Servorum Dei magna, Mundi parua dulcedo.

Ob hæc talia diuinis obsequijs addicti identidem exclamant: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te?* Est enim & magna dulcedo,

Psal. 30.

20.

R 3 cum